



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Quæ de tuba septimi Angeli Ioannes edisserat, explicantur. Sectio Prima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

Verum hæc expositio non literalis est, sed mystica: ad literam enim significatur gaudium, quod iusti de malorum punitione concipient: quemadmodum etiam dicitur sub eadem similitudine Ps. 67. *Dixit Dominus: Ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris: ut ininguatur pestus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipse, id est, Homines ex regione Basanitide, quæ paret Og hosti tuo sanissimo, ex ipsismet, inquam, regionibus inimicorum tuorum conuertam inimicos tuos in profundum maris, hoc est, in mare eos demergam, ut ita lætabundus possis lauare pedes tus in illorum sanguine, & canes tui eodem inimicorū cruore saturentur.*

COMMENTARIUM QUARTVM EXEGETICVM.

De tertia visione Ioannis.

Quæ de tuba septimi Angeli Ioannes edisserat, explicantur.

SECTIO PRIMA.



N postrema parte huius capituli commemoratur à Ioanne visio septimi Angeli tuba canentis. Et quidem tubæ sex Angelorum præcedentium varias persecutiones, & bella, quibus Ecclesia erat exercenda, terribili suo clangore denunciatur: hæc autem postrema tuba felicissimum illud tempus denunciat, in quo Christus hostibus suis debellatis gloriosè regnabit, ut manifestè significatur illis verbis: *Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Quæ ob causam vigintiquatuor seniores, qui vniuersam Ecclesiam repræsentant, ut suo loco diximus, Christo Domino de peccato eius regno, & imperio gratulantes proni in faciem dixerunt: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Latati enim sunt quòd tempus illud aduenisset, in quo Christus probis quidem præmia, improbis autem supplicia largiretur. Tunc vero docet Ioannes apertum fuisse templum Dei in celo, visamque arcam testamenti, in qua licet aliqui velint significari arcana mysteria rerum futurarum, quæ in arca propter absconsonem figurentur: probabilior tamen est Bedæ, Primasij, Ruperti, Pannonij, & Richardi Victorin. sententia, per huiusmodi arcam testamenti humanitatem Christi accipientium, quæ sese videndam, & fruendam prædestinatis demonstrat. Fulgura verò, voces, & tonitrua, quæ subsequuntur; impiorum pænas grauissimas apud inferos significant. Atque hoc modo explicata visione non est, cur cum Ruperto, Pannonio, Hugo Card. & alijs hanc arcam hæditis in celo apparitionem ad sequens caput referamus, ex eaque diuersam visionem, & caput duodecimum auspiciemur. Illud quoad contextum, & nexum visionis aduertendum, hanc tubam septimi Angeli regni Christi post iudicium denunciante adhiberi hoc loco per anticipationem: id quod necesse fatentem est, si quidem capitibus sequentibus de Antichristi persecutione suscitè à Ioanne disputatur: quæ tamen Imperij Christi felicitatem post iudicium futuram debet antecedere.*

Ecclesia Christi Domino de peccato suo regno gratulatur.

*Bedæ.
Primasij.
Pannonij.
Victorin.
Ruperti.
Pannonij.
Hugo Card.*

Cur